



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 30. Successio Episcoporum. Serapion Antiochenus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

bilitate, & opibus præcipui cum suis do- Sæculum II.
 mesticis, & propinquis fidem amplecte- A. C. 189.
 bantur; ex illorum numero fuit Apollo-
 nius Senator, litterarum, & Philosophiæ
 fama illustris; delatus fuit ab uno man- Hier. Scrip.
 cipiorum suorum nomine Severo, qui de-
 lationem hanc secundum mandatum
 M. Aurelii Imperatoris, quo accusare
 Christianos tanquam Christianos vetaba-
 tur, morte luit, nam Perenni Prætoria-
 norum Præfecto sententiam ferente, cru-
 ci affixo crura confracta sunt; at postea
 Perennis Apollonium rogavit, ut coram
 Senatu Religionis suæ rationem expone-
 ret, fecit ille, & orationem præcellen-
 tem, qua se Christianum esse clare pro-
 fitebatur, & Christianam Religionem ar-
 gumentis tuebatur, in Senatu prælegit;
 cumque Romanis mos esset inviolatus, Euf. in Chro.
 nulli Christiano, qui semel in judicio ste- An. 191.
 tisset, parcere, nisi fidem mutasset, Sena-
 tus decreto capite plexus est. Id con-
 tigit anno octavo Commodi. JESU Chri-
 sti centesimo octogesimo nono. An. 189.

§. XXX.

Successio Episcoporum. Serapion.

Anno JESU Christi centesimo octogesi- Euf. V. hist.
 mo quinto e vivis excessit Papa Eleu- c. 22.
 therius, cui succedens Victor annis duo-
 decim sedid. Julianus Episcopus Ale-
 xandrinus fatis cessit anno centesimo
 Ss 5 octo-

Sæculum II. octogesimo octavo, Episcopatus anno
 A. C. 189. decimo, ipsi successit Demetrius, qui
 annis quadraginta tribus sedem tenuit.
 Anno JESU Christi centesimo octogesimo
 octavo post Maximinum Antiochiæ ele-
 ctus est Serapion. Plures eodem tem-
 pore Episcopi fama clarebant; Theophi-
 lius Cæfareæ in Palæstina, Narcissus Je-
 rosolymæ, Bachiles Corinthi, Polycarpus
 Ephesi. Serapion Episcopus Antioche-
 nus multa scripsit opera, & inter alia E-
 pistolam ad Ponticum, & Caricum, cu-
 jus mentionem occasione Montanistarum
 fecimus, Tractatum contra Domininum,
 qui tempore persecutionis lapsus, factus
 erat Judæus; alium Tractatum de Evan-
 gelio S. Petri, pro quibusdam fratribus
 Ecclesiæ Rossensis in Cilicia compositum,
 qui illius Pseudo-Evangelii prætextu fal-
 fas opiniones sequebantur. In hoc Tra-
 ctatu Serapion in hunc modum disse-
 rebat.

*Nos quidem, fratres mei! Petrum,
 aliosque Apostolos sicut JESUM CHRISTUM
 recipimus, at scripta, quæ falso hoc no-
 mine insigniuntur, rejicimus, scientes,
 quod hæc a Traditione non acceperimus.
 Cum inter vos essem, omnes fidem Or-
 thodoxam tenere credebam, & quia Ev-
 angelium non legeram, quod sub Petri
 nomine monstrabant, dixi, si præter hoc
 nihil scandalum parere videtur, legatur;*
at

*Idem VI.
 hist. c. 12.*

sup. n. 6.

at modo mihi relatum, eorum mentem Sæculum II.
 aliqua hæresi esse infectam, ideo diligenter ad vos revertar, proximis his diebus me babebitis. Fratres mei! scimus, A.C. 189.
 qualis fuerit Hæresis Marcionis, sibi metipſi ex toto contradicentis, & quid diceret nescientis; hoc ex iis, quæ vobis scripta sunt, intelligetis. Etiam se mihi obtulit occasio mutuum accipiendi illud Evangelium a quibusdam, qui illi student, nempe eorum successoribus, qui primum illo usi sunt, & Docitas appellamus, nam pleræque illarum opinio-
 num ipsis originem debent; legi ergo, & inveni, quod potiorem partem sit sa-
 na Salvatoris Doctrina, at aliqua im-
 mixta sunt, quæ huic Doctrinæ non
 concordant, & quæ bis ad vos transmit-
 timus. Hæc sunt verba Serapionis. Do-
 citæ vocabantur, qui Mysterium Incar-
 nationis non vere, sed tantum in spe-
 ciem peractum fuisse, asserebant.

§. XXXI.

Pantenus.

Jam temporibus Juliani Episcopi Ale- *Eus. V. hist.*
 xandriæ degebat Pantenus, Scholæ *cap. 10.*
 Christianæ, more antiquissimo institutæ, *Hier. Scrip.*
 Moderator, vir Doctrina clarissimus, Stoi-
 corum e Secta egressus; tanto Religio-
 nis fervore, ut sub Episcopo Demetrio
 ad nationes Orientales fidei prædicandæ
 causa